



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Vindex Libertatis Ecclesiasticae || Et Martyr || S.
Engelbertvs || Archiepiscopvs Co-||loniensis Princeps ||
Elector, &c.**

Gelenius, Aegidius

Coloniae Agrippinae, 1633

Caput Secundum. Susati inter Dominum Archiepiscopum & Comitem
Fridericum de pace tractatum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9728

commodum & felicitatem ciuium nostrorum in Wipperfurde atten-
dentes. Ipsos ab omni exactionis onere exemimus & perpetuo liberos A
dimisimus ac solutos. Hoc adie^cto, quod singuli in memorato oppi-
^{* id est, Ca-}
^{nonicis SS.}
^{Apostolorū.} do degentes cuiuscunque conditionis Dominis suis * siue Ecclesijs
quibus pertinent, debita feruitia & iura exhibeant. Ut autem hoc fa-
ctum nostrum ratum permaneat & inconuulsum præsentem paginam
exinde conscriptam sigilli nostri charactere fecimus communiri. Te-
stes huius rei sunt, Sibodo Dapifer, Engelbertus de Bensbure, Requi-
nus de Zudendorp, Adolphus de Stamheim, Adolphus de Bernsouue,
Theodericus & Henricus Fratres sui & alij quam plures. Acta sunt
hæc Anno Dominicæ incarnationis M.CC.XXII. B

§. Dux Walramus terræ nostræ potentif-
simus affinis meus est.

In manuscriptis habetur, *Socer meus est*, vide in Notationi-
bus capitinis 12. Stemma Walrami Ducis.

Caput Secundum.

*Susati inter Dominum Archiepiscopum & Comitem Fridericum C
de pace tractatum.*

POST festum omnium Sanctorum Deo dilectus pontifex propter
Fridericus bonum pacis Susatum venit. Venit & Fridericus cum fratribus suis
comes re- Episcopis, alijsque cognatis suis atque consiliarijs. Vbi cum triduo pro-
spuit pacis compositione pacis laboratum esset, nulla via, quæ Friderico placeret,
cōditiones inueniri potuit. Indurauerat enim diabolus cor eius quasi lapidem, &
Iob 41. strinxerat id quasi malleatoris incudem. Eius consiliarii tunc temporis D
Ibidem. congruebat, quod de diabolo, cuius membra per conspirationem ef-
fe*c*ti sunt, paulo superius ad *Iob* dictum est à Domino: Corpus illius
quasi scuta fusilia, compactum squamis se prementibus. Una vni con-
iungitur, & ne spiraculum quidem incedit per eas. Una alteri adhære-
bit, & tenentes se nequaquam separabuntur. Ita erant, quicquid ore
dicerent, conspiratores illi in concepta malitia pertinaces & indurati,
ita coherentes & confederati, ut nullum pacis consilium corde possent
admittere.

Nota-